

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9336

Auteur(s) : Herbert, Rennes (évêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1184-1199]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Herbert évêque de Rennes confirme à l'abbaye de Savigny les dons faits par Geoffroy fils d'Hervé de Cesson.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 977, n° 1258.

Éditions principales

a. MORICE Hyacinthe, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne, tirés des archives de cette province, de celles d'Angleterre, des recueils de plusieurs sçavans Antiquaires, et mis en ordre, Paris, Imprimerie Charles Osmont, 1742-1746, 3 vol, t. 1, col. 721-722.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XCVIII)

Texte d'après A

Omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos littere iste pervenerint, Herbertus Redonensis ecclesie humilis minister in Domino salutem. Universitati vestre notum fieri curavimus quod Gaufridus filius Hervei de Sesson, concessionem fratrum suorum Hervei et Willelmi et Emme sororis eorum et Willelmi et Jacobi avunculorum ipsorum, in presentia nostra constitutus concessit monachis Savigneii medietatem terre de Trembleio quam a Herveo avo predicti Gaufridi monachi prefati in elemosinam habuerant. Concessit etiam predictus Gaufridus voluntate et assensu predictorum amicorum suorum omnes decimas quos accipere soliti erant ipse et antecessores sui in terra de Vallibus de laboribus predictorum monachorum, scilicet masura de Vallibus, terciam partem in campis de Virola, terciam partem in terra que est juxta viam calceatam de feodo Hamonis de Falco, terciam partem in Brollio de Moscon, terciam partem de II jornariis terre que est juxta Castanarium, terciam garbam de terra Radulfi Ozeil quam dedit Adam de Moscon quando factus est conversus et de quodam campo de Collaterari qui fuit de feodo Hamonis de Falco, terciam partem de Campis Manerii, terciam partem de terra de Cansandor que fuit Molnerii. Predicti heredes concesserunt duas garbas cum voluntate et assensu Heluise Lusce concesserunt etiam in terra de Percheria et in medietaria Normanni duas garbas decime cum voluntate predictae Heluisa Lusce. Ex concessionem predictorum heredum et in campis Noel et in terra Radulfi Boveri et in campis Theobaldi Morel et in haillis Costardi terciam partem decime. Habuerant autem prefatus Gaufridus et frater ejus et predicti avunculi ipsius pro concessionem predictarum rerum de caritate Savigneii ecclesie VI libras andegavensium, Heluisa quoque

Lusca habuit XIX solidos andegavensium pro concessione. Ceterum presenti scripto adjicere curavimus quod Willelmus filius Menni de Carbonneriis et fratres ejus contentionem quam habebant adversus monachos Savignei super prato de Carboneriis in manus nostras ex integro retinuerunt ad opus monachorum Savignei datis sibi pro caritate XXII solidos andegavensium, Alanus quoque de Carboneriis cognatus eorum ut inde custos et defensor fieret II solidos accepit. Item Gaudinus et duo filii ejus resignaverunt in manus nostras ad opus eorumdem monachorum conventionem quam habebant cum eis super campo Willelmi de Falco. Datis sibi pro caritate V solidis Willelmus vero et uxor ejus et familia ejus XIV solidos acceperunt. Ut autem donaciones et concessiones iste stabiles essent et rate, litteris illas annotari et sigilli nostri impressione fecimus communiri. Testibus his Johanne decano Castelligilonis, Andrea decano Deserti, Bartholomeo Beati Petri Redonensis canonici, Willelmo de Montegermundi, Bertranno Salineri presbitero, Willelmo de Laceio priore Savignei, Luca monacho Savignei, Gervasio et Willelmo monachis Clarimontis, Gabulardo de Silviniaco et pluribus aliis.